

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Davidis Ruhnkenii Opuscula Varii Argumenti, Oratoria, Historica, Critica

Ruhnken, David

Lugduni Batavorum, 1823

Praefatio ex editione Hesychii Albertiani, vol. II

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1660](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1660)

P R A E F A T I O

EX EDITIONE

HESYCHII ALBERTIANI

VOL. II.

A E Q U O E T E R U D I T O

L E C T O R I

S. D.

DAVID RUHNKENIUS.

Cum Vir unus omnium doctissimus, et ad literas ornandas natus, *Joannes Albertus*, priorem Hesychii partem anno XLV. prodidisset, eruditorum hominum significationes vocesque, quibus illa excipiebatur, tantum valuerunt ad studium persequendi operis incendendum, ut quae pars restabat, non magno intervallo editam consecutura videretur. Hac animi alacritate Vir praestantissimus absolverat *Jota*, profligaratque *Kappa*, quod propter multas insolentia et peregrinitate, adde etiam corruptela, difficiles glossas *τέταρτον Κάππα κάκιστον* per jocum appellare solebat; cum ecce! morbus gravis, pertinax, diuturnus, quem *Colicam Pictonum* vocant, ita nec opinantem afflixit, ut summum vitae periculum adiret. Negabant medici, herbas satis potentes esse ad hujus morbi vim expugnandam: salutem non posse aliunde, nisi ex Aquisgranensibus, Spadanisque aquis, peti. De Medicorum igitur consilio duplex iter ad aquas illas salutare susceptum est. Nec frustra. Nam  
Aquis



Aquisgranenses mali caussam, opinione celerius, depulerunt: Spadanae, lentius illae quidem, sed tamen efficacitate pari, flaccidum et nervorum remissione collapsum corpus ad pristinum robur revocarunt. Interim annus unus, alter, tertius abiit; nec *Hesychi* sospitatori, ipsimet de salute sua sollicito, laborantem *Hesychium* respicere licebat. Rediit tandem ex longo intervallo ad opus intermissum. Sed quanquam animus, sicut antea, vigeat, aliud tamen incommodum erat, quod operis progressum retardaret. Nam morbus tantum manibus ejus stuporem induxerat, vix ut munia sua vel in libris evolvendis, vel in literarum formis ducendis obirent. Tot ac tantis difficultatibus conflictatus V. Cl. nunquam tamen animum demisit et contraxit, sed instans operi, et torpentibus manibus prope vim adhibens, sensim paulatimque operis telam pertexuit usque ad  $\nu$ . Φαίδωνος. Quo in loco cum versaretur, erysipellate correptus est, morbo satis tolerabili, quem ipse initio contemnebat. Sed ille ubi se per corpus latius fudisset, et repente intro vertisset, spiritum eripuit eximio et longiori vita dignissimo viro, provectoro ad aetatis annum sexagesimum quintum, a. d. 13. Aug. anno LXII. Mors ejus cum omnibus bonis tristis et acerba accidit, tum mihi inprimis, qui multos annos conjunctissime suavissimeque cum illo vixissem, eundemque praecipuum nascentis laudis meae fautorem habuissem. Theologia, maxime eruditior illa, et multarum artium comitatu stipata, et literae a Graeco fonte ductae, vix reparandam in ejus morte jacturam fecerunt. Nam, ut nihil dicam de *Hesychi*

par-



parte destituta, animus ipsi erat, absoluto *Hesychio*, *Observationes in N. F. libros* largissimis accessionibus locupletare. Quod opus, tanto magis dolendum est, perfici ab eo non potuisse, quod non solum natura et ingenio, sed etiam disciplina *Lamberti Bos* mire factus erat ad Philologiam sacram ornandam. Praeterea *Apollonii Lexicon Homericum MS.* a quo vehementer adjutus erat in *Hesychio* emendando, animadversionibus illustratum edere parabat. Ex multis testimoniis, quibus viri eruditi doctrinam ejus et virtutem certatim ornarint, satis fuerit illud laudasse, quod Vir Magnus, et brevi post [anno 1764.] ejusdem fati acerbitate nobis ereptus, *Petrus Wesselingius* ipsi tribuit ad Herodot. *de Vita Homer.* p. 755. *Clarissimi et amicissimi Jo. Alberti, dum haec scribo, mortem tristis accipio, ac vehementer, uti par est, doleo, lugebuntque boni omnes, jacturae ingentis memores, quam literae et solidior et sine fuco Theologia faciunt.* Postquam V. Cl. ex hac vita migrasset, statim quaeri coepit, qui magni operis particulam, morte ejus destitutam, curaret. Opinione hominum et fama ego huic labori destinabar, quem scirent, cum *Hesychio* familiarius consuevisse, et ab ipso *Alberto* in altero volumine edendo paene socium fuisse adscitum. Ego vero, paulo ante a Graecis literis docendis ad Historiarum et Eloquentiae Professionem traductus, rerum mearum satagebam. Nec mihi, ut verum fatear, valde placebat, tempus, quod industriae meae monumentis proferendis vix superesset, operi tribuere alieno. Sed vicit propositum meum recordatio veteris amoris, integerrime sanctissimeque  
cul-



culti, vicit saepius repetita interpellatio tum propin-  
 quorum τοῦ μακκαρίου, tum fratrum *Luchtmannorum*,  
 principum Belgii librariorum. Accessit denique au-  
 ctoritas Summi *Hemsterhusii*, adversus quam tendere  
 nefas putabam. Suscepi igitur *Hesychium* curandum,  
 haec tamen conditione, ut *Luchtmanni* alium virum  
 Graece Latineque doctum quaerent, qui *Notas*  
*Sopingii*, *Heinsii*, *Valesii*, *Vossii*, *Tollii*, etc. per  
 plura volumina sparsas et dissipatas, eo, quem *Al-*  
*bertus* instituisset, ordine disponeret, et in unum  
 volumen cogeret, quod ipse deinde operis typogra-  
 phicis sequendum darem. Hoc onus sibi imponi pas-  
 sus est Vir eruditissimus, *Henricus Verheykius*,  
 Gymnasii Amstelodamensis Moderator, cui pro in-  
 grato et taedii pleno labore, par est, maximas gra-  
 tias agi. Susceptis igitur *Cl. Alberti* partibus, tex-  
 tum ab initio fere literae  $\Upsilon$ , ubi operae substiterant,  
 ita constitui, ut a doctissimo viro constitui solebat,  
 id est, raro veterem lectionem migrare, et novae  
 locum facere jussi, nisi res tam liquida et evidens  
 esset, ut dubitare nemo, qui aliquam de talibus re-  
 bus habeat judicandi facultatem, possit. Ex schedis  
 MSS. τοῦ μακκαρίου optima quaeque delegi, et con-  
 texto subjeci, etiam atque etiam videns, ne omnibus  
 temere et promiscue proferendis, qui nonnullorum  
 talia prodentium mos est, minuerem viri famam, op-  
 timis artibus comparatam. Sed in schedis ejus pau-  
 ciora reperi, quam putaram. V. *Cl.* hanc consuetu-  
 dinem adsciverat, ut in ipso demum operis progres-  
 su animadversiones conscriberet partim ex adversa-  
 riis, partim ex aliorum Grammaticorum collatione.

In



In Notis aliorum adjiciendis hoc institutum secutus sum, ut, si quid manifeste falsum et absurdum esset, ne proferrem, praesertim cum pleraeque Emendationes, huic editioni adjectae, in privatum potius usum scriptae sint, quam ut unquam luce donatae, in existimantium arbitrium venirent. Scio, Cl. *Albertum* aliam secutum esse rationem in priore volumine adornando. Sed hujus consilii posthac illum poenitere coepit. Itaque in posteriore volumine, acerbior delectu instituto, multa multorum perperam dicta neglexit, inprimis *Pergeri*, hominis supra quam credi potest inepti. Aliorum Annotationibus accedunt meae, multo illae quidem uberiores et numero auctiores futurae, si mihi per alias occupationes singula accuratius excutere, atque omnino *Hesychium* cum Grammaticis ineditis, quorum luculentam copiam ex variis Galliae et Italiae bibliothecis congestam habeo, comparare licuisset. Sed hic brevi dicendum est de subsidiis, quae Cl. *Alberto*, post prioris voluminis editionem, obtigerunt. Cum ad literam II pervenisset, a Cl. *P. Burmanno Sec.* accepit *Hesychii* exemplum, quod *Jacobus Tollius*, vir pereruditus, et *Longini* editione inprimis nobilitatus, non paucis locis castigarat. Ex his emendationibus *Albertus* in literis, quibus potuit, dedit eas, quas similitudo veri commendaret, nec aliorum sagacitas praecepisset: nos, quae ad priores literas pertinerent, eodem delectu habito, in Auctarium Emendationum, de quo mox dicitur, conjecimus. Sed nihil *Alberto* gratius, et magis praeter expectationem obtigit, *Ludolphi Kusteri* in reliquam *Hesychii* partem Notis,



tis, quas ipse in Praef. p. xxxii. scripserat, deficere ad v. *Θήλαντο*. Res ita se habet. *Kusterus* Notas ad illum usque locum editioni pararat, et in singulare volumē, quod *Sevinus* et *Sallierius* pro humanitate sua Cl. *Alberto* suppeditarunt, coniecerat; nec credebatur ultra in *Hesychio* emendando fesse progressus. Sed multo post *Sallierius* misit aliud volumen, casu in Bibliotheca Regia inventum, cui *Kusterus* suas in reliquam etiam *Hesychii* partem Emendationes adscripserat, paucas illas quidem, nec ad superiorum modum elaboratas, sed, ut omnia hujus viri, elegantes et acutas. Omnino fatendum est, *Kusterum* unum in paucis rectam *Hesychii* castigandī viam instituisse. Quicumque olim se ad hoc Lexicon emendandum contulerunt, nihil aliud, quam librarium sordes eluerunt, ne suspicati quidem, vel dicam, ne suspicari quidem ausi, ipsum Lexicographum foedissimos errores commisisse; quos tamen eo pluris emendari referebat, quo capitalius est auctoris, quam librarii, peccatum. Nam librarius paucos forte non nimis acutos in fraudem inducat: scriptor auctoritate, reliquis meritis parta, doctos etiam et solertes. Equidem *Scaligerum*, *Casaubonum*, *Salmasium*, horumque similes, arbitror, saepenumero sic secum cogitasse: Monstra loquitur Grammaticus: gravissime erat: deceptus est literarum similitudine: truncavit vocem: non *ἄτματα* sordes significat, sed *λύματα*, non *ἄωστον*, optimum, sed *λῶστον*, non *λῶρον*, acerbum, sed *ἄωρον*, non *καύποδα*, pedibus in rectum tendentia, sed *τανάυποδα*, etc. Sed magni illi viri, quae sentirent, palam dicere non



non audebant, sive Grammatici auctoritate deterriti, sive clamoribus semidoctorum, semper obstrepentium doctioribus, nec satis aequo animo ferentium, ipsum *Hesychium* in ordinem cogi. Ad hanc rem proferendam demonstrandamque opus erat docta *Richardi Bentleji* audacia, quae, si unquam alias, hic certe bonis literis plus profuit, quam iners et superstitiosa multorum, qui Critici dici haberique videntur, religio. Is igitur servili credulitatis jugo excusso, edidit illam ad *J. Millium* *Epistolam*, mirabile ingenii et doctrinae monumentum, quale proficisci non poterat, nisi a principe seculi sui Criticorum. In hac ille epistola cum alia docuit, quae plerisque eruditis, nec vigilantibus, nec somniantibus, in mentem venissent, tum *Hesychium*, cui satis diuturna peccatorum impunitas obtigisset, ad severum Critices tribunal citavit. Hanc autem accusationem tanta vi argumentorum, tantis testimoniorum copiis instruxit, ut ne obrectatores quidem illius, invidia partiumque studiis aestuantes, quos plurimos nactus erat, in hac etiam Academia, contra hiscere, aut *Hesychii* patrocinium suscipere auderent. *Bentlejanam* deinde rationem in *Hesychio* tractando secuti sunt duo primarii aetatis nostrae viri, *Ludolphus Kusterus*, a quo in hanc orationem delapsi sumus, et is, cui maximi etiam Critici fasces submitunt, *Tiberius Hemsterhusius*, qui in summa, sed vegeta, senectute, a me rogatus, saepe desperatis *Hesychii* locis felicem medicinam fecit, et meum emendandi studium prudentissimis consiliis rexit. Haec strictim attingere nobis visum est, ut, quo in *Hesychio*



Emendando solertia maxime dirigenda sit, intelligant Critices studiosi. Sequitur, ut de Auctario Emendationum, quod operi accessit, quam potest fieri brevissime dicamus. Cum graves caussae, quas supra commemoravimus, alterius voluminis editionem in permultos annos traherent, novae subinde observationes Cl. *Alberto* nascebantur, quibus veteres vel confirmaret, vel, ut sunt *δευτέραι Προτιδες σοφώτεραι*, refutaret, vel etiam loca, antea non tentata, egregie restitueret. Quae observationes omnes de exempli, quo uti solebat, margine sunt in illud Auctarium a nobis translatae. In eodem Auctario locum dedimus Castigationibus nostris, quas maximam partem aliud agentes in *Hesychii* marginem coniecimus, habituris fortasse commendationis aliquid a nova, nec ante cognita observatione, quam, non alienum erit, hic paucis explicare. Constans virorum doctorum fuit opinio, partim ex *Hesychii* Epistola ad Eulogium, partim ex aliis argumentis ducta, non esse *Hesychii* Lexicon, quod nunc superest, tale, quale olim ab ejus manu profectum sit, sed ab Epitomatibus contractum esse et mutilatum, a librariis foedissime corruptum, a sciolis denique nullius pretii glossis interpolatum. Verum qualis *Hesychius* antea fuerit, conjectura facilius, quam rebus ipsis tenebatur, quod ne fragmentum quidem, nedum exemplar libri integrius, in Bibliothecis repertum est, vix qualicunque Codice, ex quo *Aldus Hesychium* protulit, communem bonorum librorum stragem evadente. Quo magis laetatus sum, hanc mihi felicitatem esse reservatam, si tamen ulla est in tali re felicitas, ut, quam diversus fuerit verus et integer *Hesychius* a



contracto, lacerato, depravatoque, luce clarius demonstrare possem. Cum Parisiis studiorum caussa versarer, inter alia Lexica antiqua necdum edita, quae Bibliotheca Sangermanensi continentur, descripsi *Lexicon Rhetoricum*, bonae frugis plenissimum, atque ad jus Atticum explicandum inprimis comparatum, cujus specimen dedit *Montfauconius Bibl. Coislin.* p. 491. *seqq.* Hoc Lexicon, decimo seculo in membrana scriptum, sive Codicis illius librarius, sive alius eo antiquior, passim interpolat *Hesychii* glossis. At qualis *Hesychii*? Non truncati, mutilati, corrupti, quo nunc melioris desiderium levamus, sed integri, illibati, et omni labe carentis. Interpolator vero *Hesychianas* glossas largius inferserat literis A. B. Γ. parcius literis Δ. Ζ. Κ. Ξ. reliquas ne attingens quidem; cujus inconstantiae quae caussa fuerit, nescio. Est hoc interpolatorum genus merito Criticis invisum, et plerumque accipi solet inclementius. Ego contra hominem propter hoc institutum amabam, dolebamque, manum ejus interpolatricem, quae initio tam liberalis fuisset, repente factam esse maligniorem. Nam si ad illum modum, quem instituerat, omnes literas interpolasset, magnam *Hesychii* partem ad pristinum nitorem et integritatem nobis revocare licuisset. Ex hac autem interpolatione quot quam uberes fructus ad *Hesychium* pervenerint, si quis cognoscere cupiat, Annotationes nostras legat ad v. Ἀστραπή δι' ἄρματος. Ἀυτοβοεί. Βαίτυλος. Βάκχος. Βάλανοι. Βατήρα. Βατία. Γαλαξία. Γαῦλοι. Γείσα. Γέρανος. Δεκατεύειν. Δημοτελή. Διονύσια, etc. Est tamen, ubi interpolator pauciora ha-



beat, quam hodie in *Hesychio* nostro leguntur, sive exemplum suum illis caruerit, sive ipse, quod magis credo, nonnulla consulto omiserit. Certe veterum scriptorum auctoritatem hic illic ab eo, suspicor, esse sublatam; id quod plerisque locis idem fecit in *Lexico Rhetorico*, de quo diximus, magno et ipsius Lexici, et literarum detrimento. Hic praefationi modum statuere poteram. Sed commode in memoriam redeo sermonis cum Cl. *Alberto* habiti, cum dicebat, se alteri volumini praefandi argumentum ab ipsa *Hesychii* praefatione sumturum. Etenim exortus est vir longe eruditissimus (\*), et in Graecis literis familiam ducens, qui, cum vidisset, *Hesychii* Lexicon non respondere Epistolae ad Eulogium, statueret, Lexicon, quod nunc habemus, non esse majoris Epitomen, sed sic de auctoris sui manu exiisse, Epistolam vero ad Eulogium ab impostore Graeculo, qui dotēs libri, quisquiliis a se aucti, verbis exaggerandas, et mendaciis commendandas putaret, illiberali facinore esse confictam. Contra *Alber-*

[(\*) *L. C. Valckenaerius*, quem modestiae causa nominare noluit Ruhnkenius, jam per aliquot annos doctrinae et amicitiae vinculis, ad brevi postea muneris quoque societate cum eo conjunctus: is igitur hanc sententiam professus erat in *Schediasmate de Epistola ad Eulogium, Hesychii Lexico praefixa*, quod Schediasma subjecerat *Fulvii Ursini Virgilio collectione Script. Graec. illustrato*, ipsius cura *Franquerae*, 1747, repetito; in eademque postea sese perstitisse testatus est in *Annot. ad Theocriti Adoniaz.* p. 299, sq. ed. alter p. 294 sq. Qua de re monuerunt Cl. *Wyttenb.* in *Vita Ruhnk.* p. 129 sq. et Editor Anglus in *Praef. p. xxviii sq.*]



*bertus* acutissimis viri excellentis amicique rationibus, quamvis etiam atque etiam a se perpensis, non movebatur, sed plura argumenta, quae receptam ab omnibus sententiam tuerentur, in praefatione huic volumini praemittenda expromere in animo habebat. Quod consilium cum mors irritum fecerit, nos hic quoque ejus partes tanto libentius explebimus, quanto sumus instructiores paratioresque a libris MSS. quibus facile dirimi controversia potest. Quanquam fortasse licet omni hujus rei disceptatione supersedere. Nam si verum est, quod rebus manifestis vicimus, *Hesychii* Lexicon ab Epitomatore contractum esse, magnam partem concidunt argutae de Epistolae ad Eulogium *vobels* suspiciones. Quippe Epistola respondet operi, non quale nunc est, sed quale tum, cum illa scribebatur, fuit. Sed quoniam omnia, quae ab Epistolae auctore dicta sunt, in fraudis suspicionem vocantur, digna res videtur, in qua excutienda diligentia nostra consumatur, praesertim cum per hanc occasionem nobis liceat totam operis *Hesychiani* rationem aperire. Facile autem Vir humanissimus nos feret in re levi aliter sentientes, qui sensus nostros cum suis sciat in majoris momenti rebus optime congruere. Titulus Lexici hic est: Ἡσυχίου Γραμματικοῦ Ἀλεξανδρέως Συναγωγή πᾶσῶν λέξεων, κατὰ στοιχεῖον, ἐκ τῶν Ἀριστάρχου, καὶ Ἀπίωνος, καὶ Ἡλιοδώρου. Hunc titulum, Homero potius Lexico, quam Hesychiano, convenire, facile largior. Nec illum *Hesychius*, nisi forte ineptissimum fingere velimus, in operis fronte ponere potuit. Cur enim *Aristarchum*, *Apionem* et *Heliodo-*



rum potius commemorasset, quam *Didymum* et *Theonem*, ex quorum Lexicis Tragicis Comicisque eum profecisse, res ipsa loquitur, aut *Diogenianum* adeo, cui pleraque se debere fatetur? *Hesychius* simpliciter, ut puto, scripserat: Ἡσυχίου Γραμματικοῦ Ἀλεξανδρέως Συναγωγή πασῶν λέξεων, κατὰ στοιχείον. quo fere modo omnia Lexica MSS. quae in Bibliothecis Parisinis evolvimus, inscribuntur. Grammaticorum illorum nomina ineptus librarius ex *Hesychii* praefatione, in qua eodem ordine junguntur, adjecit. Nusquam vero librarii licentius grassati sunt, quam in librorum titulis mutandis; quod multis exemplis demonstrare possemus, si locus pateretur. Jam singula, quae in *Hesychii* praefatione traduntur, diligenter persequamur, ut fraudis suspicionem inde removeamus. Primum *Hesychius* ait, *Apionem* et *Apollonium*, *Archibii* filium, solas Homericas glossas secundum literarum ordinem conguessisse. Quod de *Apollonio* dicit, in eo fidem illius satis confirmat ipsum istud *Apollonii Lexicon Homericum*, majori *Homeri*, nescias, an *Hesychii* bono superstes. Quae igitur causa est, cur, qui de *Apollonio* verum dixit, in *Apione* mendacii arguatur? An *Apollonio* Lexicon Homericum condere licuit, *Apioni* non licuit? At silent de hoc Lexico veteres, quamvis centies *Apionis* in *Homerum* Commentarios laudent. Fateor. Verum non haec silentii istius vis est, ut propter id solum *Hesychii* testimonium pro falso repudiari debeat. *Apionis Glossas Homericas*, ubi apud *Fabricium Bibl. Gr. Vol. VII. p. 50.* legeram, superesse in Cod. Barocc. 119. Bibl. Bodlej. scripsi ad Vi-



rum juvandarum literarum studiosissimum, et de multis nominibus bene meritum, *Henricum Gally*, ut illarum apographum primo quoque tempore ad me curaret. Delato ad me apographo, vidi, Glossas esse Homericas satis jejunas, ad literarum quidem ordinem digestas, sed *Apionis* nomen a recentiori manu Latinis literis adscriptum habere; ut nihil in his Glossis ad id, quod *Hesychius* dixit, confirmandum sit praesidii. *Apionis* auctoritate, pariter atque *Aristarchi*, *Heliodori*, et aliorum vetustorum Grammaticorum, frequentissime utitur *Apollonius* in *Lexico Homérico*. Ex quo mihi probabile fit, errare *Suidam*, qui *Apionem* hujus *Apollonii* discipulum dicit, et diu ante *Apollonium* vixisse *Apionem*. Sed nolim extra septa, quod ajunt, evagari. Alio Praefationis loco *Hesychius* ita loqui videtur, quasi *Aristarchus* et *Heliodorus* etiam Lexica Homérica edidissent: *ὅτι τῶν Ἀριστάρχου, καὶ Ἀπίωνος, καὶ Ἡλιοδώρου λέξεων εὐπορήσας*. Enimvero hic ne de *Apionis* quidem Lexico sermo est, nedum de *Aristarchi* et *Heliodori*. Nam λέξεις horum Grammaticorum sunt interpretationes verborum Homericorum, quas, ex commentariis in Poëtam decerptas, *Hesychius* intulit in Lexicon suum. Sed hic quaeritur, quae tandem illa sint, quae *Hesychius* dicat, se ex horum Grammaticorum libris in opus suum derivasse? Respondeo, glossas esse Homericas, non minimam partem Lexici Hesychiani. Quae in re ita versatus videtur *Hesychius*, ut, quod *Apollonium* in Lexico suo fecisse videmus, singulis *Homeri* vocibus diversorum Grammaticorum, maxime *Aristarchi*, *Apionis* et *Heliodori*, interpretationes sub-



jiceret, easque, inter se si discreparent, nomine au-  
 ctorum distingueret. Verum inscitia Epitomatoris om-  
 nes omnium Grammaticorum explicationes, etiamsi  
 inter se non congruerent, in unum conflavit, et  
 Grammaticorum nomina, tanquam nihil magnopere  
 ad rem pertinentia, plerisque locis deleuit. Quam  
 diversa fuerit *Hesychii* facies, antequam Epitomator  
 foedas illi manus attulisset, in Auctario Emendatio-  
 num demonstratum est. Quae tametsi nihil attinet  
 repetere, duo tamen loca huc referamus, propterea  
 quod in illis similiter Grammaticorum nomina sunt  
 ab Epitomatore sublata. *Hesychius* contractus haec ha-  
 bet: Βατήρα. τὸ ἄκρον τοῦ σκάμματος τῶν πεντάθλων,  
 ἀφ' οὗ ἄλλονται τὸ πρῶτον. Sed in integro *Hesychio*  
 haec multis partibus pleniora et pulciora legit *Lex.*  
*Rhet. MS.* interpolator: Βατήρ. τὸ ἄκρον τοῦ τῶν πεν-  
 ταίθλων σκάμματος, ἀφ' οὗ ἄλλονται τὸ πρῶτον. Σέλευ-  
 κος. Σύμμαχος δὲ, τὸ μέσον, ἀφ' οὗ ἀλλόμενοι πάλιν  
 ἐξάλλονται. ἄμεινον, ὡς Σέλευκος. σημαίνει δὲ καὶ τὸν  
 τῆς θύρας οὐδὸν, ὃν Ὀμηρος βηλὸν, οἱ δὲ Τραγικοὶ βαλόν.  
 Vides, tum alia resecta esse, tum Grammaticorum,  
*Seleuci* et *Symmachi* nomina. Alibi ita legitur in  
*Hesychio* nostro: Γνώθι σαυτόν. ἀπόφθεγμα Χείλωνος  
 Φασί. Quanto olim eruditius et integrius, ut ejus-  
 dem interpolatoris indicio discimus; Γνώθι σαυτόν. ἀπό-  
 φθεγμα. οἱ δὲ Χείλωνος Φασί. Ἑρμιππος δὲ Δελφῶν εὐ-  
 γούχων Φησὶν εἰρηκέναι τὸ Γνώθι σαυτόν, καὶ ἐν τῷ ναῶ  
 ἐπιγράψαι. Χαμαιλέων δὲ ἐν τῷ περὶ Θεῶν, Θαλοῦ. Ite-  
 rum, ne de aliis neglectis dicam, *Hermipri*, *Histori-*  
*ci*, et *Chamaeleonis*, Grammatici, nomina sunt eiec-  
 ta. Sed minus hac de re dubitet, qui *Apollonii Lexi-*



con *Homericum* cum *Hesychio* conferat. Nam *Apollonius* idem, quod *Hesychius*, institutum secutus, modo commemorat *Aristarchi*, modo *Apionis*, modo *Heliodori*, modo aliorum explicationes, si quid praecipui habeant, et a communi opinione recedant. Quae interpretationes prope omnes etiam in *Hesychio* repertiuntur, sed Grammaticorum nominibus omissis, non profecto *Hesychii* culpa, cui aliam rationem placuisse, ex praefatione liquet, sed ejus, qui maximum amplissimumque Lexicon in compendii angustias coëgit. *Hesychius*: "Αβιοι. μη ἔχοντες τόξα. ἀπόλεμοι. οὐ βλαιοι. οὐκ ἄδικοι. καὶ ὄνομα ἔθνους. Quo loco quin *Aristarchi* nomen omissum sit, vix dubitandum videtur. Nam ille unus, relicta aliorum Grammaticorum ratione, "Αβιοι apud *Homerum* *Il. N. 6.* de gente capiebat. *Apollonius Lex. MS.* "Αβιον. — ὁ μὲν "Αρισταρχος ὡς ἔθνους οὕτως λεγομένου ἀκούει, καθὼς καὶ τοὺς γαλακτοφάγους τετάχθαι καὶ τοὺς δικαιοτάτους. δι' ὃ καὶ γράφει χωρὶς τοῦ τε συνδέσμου. Alibi *Hesychius*: Κερδαλέφρων (\*). ἐκ παντὸς κερδαίνει φρονῶν διὰ δόλου, κερδοῦς φρόνημα ἔχων, τούτεστιν ἀλώπεκος. Posterior interpretatio *Aristarcho* peculiaris fuit, ut credibile sit, *Hesychium* ejus nomen adjecisse. Sed relicta est ab Epitomatore interpretatio, auctoritas Critici sublata. Res clare patet ex *Apollonio*: Κερδαλέφρων. ἐκ παντὸς κερδαίνει φρονῶν, δι' ὃ καὶ φιλοκτεανώτατον εἶπεν. ὁ δὲ "Αρισταρχος, φρόνημα κερδοῦς ἔχων, ἦγον ἀλώπεκος. Sic aliis locis non modo *Aristar-*

[(\*) „ — δίκην κερδοῦς ἦτοι ἀλώπεκος. *Schol. MS. Harl.*" KIDD.]



*starchi*, sed etiam *Apionis* et *Heliodori* nomina ejecta esse, remanente illorum explicatione, ex eodem *Apollonio* demonstrari posset. *Lexicon MS. Sangermanense*, in quod nonnullae glossae ex *Hesychio*, sed illo integriore, migrarunt, ita habet: Ἀέσαι. ἐπιπολὴ κοιμηθῆναι. κατὰ στέρησιν τοῦ ἔσαι, ὃ ἐστὶν ὀρμῆσαι. ἢ, ὡς ὁ Ἄπλων, ἐπιπολὴ ἡσθῆναι. Cum his, age, comparemus *Hesychium*: Ἀέσαι. ἀῆσαι. κοιμηθῆναι κατὰ στέρησιν τοῦ ἔσαι, ὃ ἐστὶν ὀρμῆσαι. Duplex in una glossa peccatum, alterum librarii, alterum Epitomatoris. Nam librarius, haesitans, ἀέσαι scriberet, an ἀῆσαι, utrumque posuit, et praeterea ἔσαι corruptit in ἔασαι. Epitomator, antiquum obtinens, *Apionis* explicationem cum ipso nomine abolevit. Nec tamen simplex fuit *Hesychii* calamitas. Nam quibus Grammaticorum nominibus Epitomator hic illic pepercerat, ea sic accepit librarius, vix ut cognosci a sagacissimis Criticis queant. Juvat, quod diximus, aliquot claris et illustribus exemplis planum facere. *Hesychius*: Ἐτρεψεν. ἀπέτρεψεν, ἠπάτησεν, παρέτρεψεν. ΑΡΧΙΛΟΧΟΣ. Frustra interpretes *Archilochi* glossam crediderunt, quae *Homeri* est *Il. Z. 61.* Ὡς εἰπὼν ἔτρεψεν ἀδελφειοῦ Φρένας ἥρωα. ubi *Hesychianae* explicationi similem habent *Scholia* minora: Ἐτρεψεν. παρέτρεψε, παρέπεισεν (\*). Succedat igitur in *Archilochi* locum ΑΡΙΣΤΑΡΧΟΣ, auctor interpretationis, quam *Hesychius* posuit. At enim *Archilochus* alibi etiam tanquam Criticus vel Grammaticus commemoratur. Ego quoque sic esse scio: sed idem affirmā-

[(\*) „Παρέπεισεν etiam in textu *Cod. Harl.*” KIDD.]



re audeo, talia loca vel vitiosa esse, vel alia ratione explicanda. Veniamus tanquam in rem praesentem. Scholiastes *Hesiodi ad Theogon.* vs. 991. ubi in textu est Νησπόλον νύχιον ποιήσατο, observat: ΑΡΧΙΛΟΧΟΣ δὲ γράφει, μύχιον. *Archilochi* mentio tametsi *Graevium* non offendit, mihi tamen persuasi, Scholiasten scripsisse ΑΡΙΣΤΑΡΧΟΣ, cujus crisin aliis etiam locis laudat. Ejusdem Critici σημεία Ἡσιόδου laudantur ab *Orione Thebano Etymolog. MS.* Λακίδες, ἐπὶ σχίσματος ἱματίου, παρὰ τὸ λακεῖν καὶ ψοφεῖν ἡρέμα ἐν τῷ σχιζέσθαι. οὕτως Ἀρίσταρχος ἐν τοῖς σημείοις Ἡσιόδου. unde corrigere et loqupletare licet *Etymol. M.* p. 555. 3<sup>o</sup>. Alter locus, in quo *Archilochi* nomen laborat, est apud Scholiast. *Aristoph.* ab *Nub.* vs. 109. et *Suidam*, qui Scholiasten descripsit, ν. Φασίανοι. οἱ δὲ περὶ ΑΡΧΙΛΟΧΟΝ, ὄρνιθων γένος. Hic non dicam *Archilochus*, sed ne *Interpretes* quidem *Archilochi* locum inveniant. Neque enim illorum erat dicere, quid Φασίανοι apud *Aristophanem*, equosne, an aves, significant, sed *Aristarchi*, qui *Aristophanem* commentariis illustravit. Scribendum igitur: οἱ δὲ περὶ ΑΡΙΣΤΑΡΧΟΝ. Denique ad examinis subtilitatem revocemus Scholion *Cod. Vossiani ad Il. I.* 378. explicans vexatum illud, τίω δὲ μιν ἐν καρδὸς αἴσῃ, quod protulit *L. C. Valckenaerius*, Graecarum literarum immortale decus, *Diss. de Schol. in Homer. ined.* p. 97. Ἀλκαῖος μὲν ὁ ἐπιγραμματοποιὸς ἐγκέφαλου ἤκουσεν. — Ἀρχίλοχος δὲ, τιμῶμαι αὐτὸν ἐν μισθοφόρου καὶ τοῦ τυχόντος στρατιώτου μοίρᾳ. Λυτανίης δὲ ὁ Κυρηναῖος, καὶ Ἀριστοφάνης, καὶ Ἀρίσταρχος, ἐν κηρὸς μοίρᾳ Φασὶ λέγειν τὸν ποιητὴν, Δωρικῶς μεταβα-



ἄντρα τὸ η εἰς α. In hoc Scholio nullo modo licet  
*Archilochi* nomen in *Aristarchi* mutare. Quid ergo?  
 An *Archilochus* ex hoc loco inter *Homeri* Interpretes  
 referetur? Minime vero. Ipse contentus est ea glo-  
 ria, ut, cujus carminis primus auctor fuerit, in eo  
 perfectissimus iudicetur: Grammatici laudem sibi non  
 magnopere expetendam putat. Ne multa, rem sic in-  
 tellige: Quemadmodum Scholiastes ex *Alcaei* imita-  
 tione (de qua vide *Hemsterhus*, ad *Aristoph.*, *Plu-*  
*tum* p. 7.) elicit, quam ille in *Homero* lectionem  
 probasset, sic etiam ex *Archilochi* quodam versu,  
 quam illi *Homerici* loci interpretationem secutus es-  
 set, collegit, *Archilochi* versum conservavit Scho-  
 liastes *Platonis* ineditus, ad *Lachetem*, a nobis ali-  
 quando, si Deus vitae usuram dederit, in lucem vin-  
 dicandus: Κἄρες δοκοῦσι πρώτοι μισθοφορῆσαι, ὅθεν καὶ  
 εἰς πόλεμον αὐτοὺς προέταττον. ἐντεῦθεν γὰρ καὶ τοὺς  
 μικροὺς στρατιώτας τινὲς Καρίωνας προσηγόρευον. καὶ τὸ  
 παρ' Ὀμήρου δὲ ἐν καρδῆς αἴσῃ, ἐν τῷ τυχεύοντι τινὲς  
 ἀκούουσι. Μένυται δ' αὐτῆς Ἀρχίλοχος, λέγων· Καὶ  
 δὴ ἴπικουρος ὄστις Κάρ κελήσομαι. Sed ad proposi-  
 tum revertamur. *Hesychius* ex *Od.* P. 237. Ἀμφου-  
 δῖς (\*). περὶ τὸ ἔδαφος ἃ δὲ ΗΣΙΟΔΟΣ, ἀμφοτέραις  
 ταῖς χερσὶν εἰς τὸ οὐδῶς πίπτων. Hic, qui animum  
 attendere velit, nullum *Hesiodo* locum esse, facile  
 sentiat. Justis ergo vindiciis, unde dejectus est,  
 restituatur *Homeri* interpres, ΗΑΙΟΔΩΡΟΣ. Sed

[(\*) „ Ἀμφ' οὐδῶς cum gl. ἔδαφος unus ex *Harl.* ἀμ-  
 φουδῆς alter in marg. ἀμφ' οὐδῆς tertius, ἀμφ' οὐδῶς in textu  
 B. ἀμφοῦδῖς (sic) in Schol.” KIDD.]



non unus *Hesychii* locus est, in quo *Hesiodi* et *Heliodori* nomina sint confusa. Ecce! alterum: Ἄργεια. Πελοποννησια. λευκὴν δὲ ΗΣΙΟΔΟΣ (\*). Explicatur Ἡρη Ἄργεια apud *Homerum*, quam ceteri Grammatici *Peloponnesiam* exponebant, *Heliodorus candidam* et *pulchram*: quam recte, non disputo in praesenti. Repone igitur, ΗΛΙΟΔΩΡΟΣ. Binis hisce locis *Heliodori* nomen ita latuit, ut facile effugere posset doctorum hominum acumen. Sed in eo, qui sequitur, patientiam illorum, ne dicam tarditatem, miror: Δίψιον Ἄργος. ΗΣΙΟΔΟΣ μὲν, τὸ ἄνδρον Ἄρισταρχος δὲ, τὸ πολυπόθητον. Vel *Aristarchi* mentio, ut alia taceam, ostendit, ΗΛΙΟΔΩΡΟΣ legendum esse. Sic a librariis accepti sunt *Aristarchus* et *Heliodorus*. Nec melior sors fuit aliorum. Θύεστον. πόντον τὸ ἀπὸ ἀρωμάτων, ὡς ΗΡΩΔΟΤΟΣ. *Herodoti* locum sibi repertum negat *Albertus V. Cl.* Nec auctor sim aliis, ut illum quaerere instituant. Nam scribendum, ΗΡΩΔΙΑΝΟΣ. Quem Grammaticum *Hesychius* non solum in praef. laudat, sed etiam in v. Πισσοκωνία, ex eleganti *Cl. Alberti* conjectura. *Herodoti* vero et *Herodiani* nomina quoties commutata sint, praeclare docet *P. Wesseling. Diss. Herod. C. IV.* Alibi *Hesychius*: Καταχήνη. — ὄπδ ΠΕΙΣΙΣΤΡΑΤΟΥ καλαμαλὴ ἐμφερὲς ζῶον etc. Lege, ΚΑΛΛΙΣΤΡΑΤΟΥ. *Callistratus* in *Aristophanem*, ex quo glossa ducta est, commentarios scripsit. Item: Τάτρατινοι. ἵππεῖς τινες ὀνομάζονται. οἱ δὲ, τοὺς ἀκοντιῶν (στὰς, [(\*), „Schol. FOWNL. ad II. Δ, 19. ἄργείην ἰεονὴν λευκὴν λεγόν.” KIDD.]



ἡ τῶν φιλοῦς ἰππεῖς, ὡς καὶ ΠΗΠΑΡΧΟΣ. Forte  
 quis legere malit, ὢν καὶ Ἰππαρχος. Sed vide, an po-  
 tius revocandus sit antiquus Grammaticus, TIMAR-  
 ΧΟΣ, testis etiam adhibitus ab *Hesychio* v. Ἄμυστις.  
 Scripsit *Timarchus Commentarios in Homerum*. Scho-  
 liastes *Homeri* ineditus, quem ex Codice Bibl. Re-  
 giae descripsimus, ad *Iliad.* Φ. 122. Διονύσιος δ' Ἐρᾶς;  
 Τίμαρχος καὶ Ἀριστοτέλης, ἐνταυθοῖ ὁμοίως τῷ ἐνταυθα  
 περισπωμένως ἀνέγνωσαν. Item in *Euripidem*. Vid.  
 Scholiast. *Eurip. ad Med.* vs. 1. Scripsit praeterea  
 περὶ τοῦ Ἐρατοσθένους Ἐρμοῦ, cujus operis quartum  
 librum laudat *Athenaeus* IX. p. 501. F. Ab hoc *Ti-*  
*marcho* diversus videtur *Timarchus*, Apollonii Rho-  
 dii, Euphorionis et Eratosthenis aequalis, quem *Suidas*  
 v. Ἀπολλώνιος commemorat. Vix enim est, ut  
 credamus, hunc *Timarchum* aequalis scriptoris, Era-  
 tosthenis poëma commentariis illustrasse. *Τίμαρχος*  
 δ' Ῥόδιος laudatur ab *Harpocrat.* v. Ἀργᾶς. Sed  
*Maussacus* recte emendavit *Τίμαρχιδας δ' Ῥόδιος*, pro-  
 bante doctissimo *Kustero* ad *Suid.* v. Ἀργᾶς. Ex  
 hactenus disputatis cogitur, non esse magnopere mi-  
 randum, si veteres Grammatici, quos *Hesychius* in  
 praefatione se adhibuisse dicit, in ipso opere rarius  
 commemorati inveniantur, cum illorum nomina et Epí-  
 tomatores et librarii certatim deleverint, nec inde adeo  
 peti argumentum ad praefationis fidem convellendam  
 posse. Sed, fac, *Aristarchi*, *Apionis* et *Heliodori* no-  
 mina nusquam in hoc Lexico comparere. Vel sic tamen  
 verissimum erit, quod *Hesychius* praedicat, se multa  
 ex horum Grammaticorum commentariis in Lexicon  
 suum retulisse. Unde enim illae *Homeri* διττογραφαί,  
 per



per totum opus sparsae, nisi ab his Criticis, manarunt? Modo *Aristarchi* lectionem positam videas, eum interpretatione huic lectioni accommodata, modo *Apionis*, modo *Heliodori*, modo aliorum. Tales lectionum varietates tametsi eruditi interpretes passim observarunt, nescio tamen, an plures aliorum solertiae reliquerint indagandas. Tres a nobis indicatae sunt ad v. Πτῆξε, Τυμβοχοῆς, Ὑπέριπτε. quibus, non alienum fuerit, quinque alias hoc loco adjicere. Ἄήτη. πνοῆ, ἀναθυμιασις. Glossa fluxit ex διττογραφία II. O. 626. ubi nostra exempla habent, ἀνέμοιο δὲ δεινὸς ἀήτης sed Critici quidam antiqui legerunt, ἀνέμοιο δὲ δεινὸς ἀήτη. Scholia inedita Bibl. Reg. quae paulo ante laudavimus: Γράφεται καὶ δεινὸς ἀήτη, ὡς κλυτὸς Ἀμφιτρίτη· οὐ δεῖ γὰρ γράφειν ἀήτης (\*): Majoris momenti varietas haec est: Ἄνδοκίνας. δοκίδες δέ. Quae profecta est ex *Od.* εἰ. 474. ubi in exemplis,

[(\*) „ Ἄήτης in textu Cod. TOWNL. et Schol. ἀρρενικῶς δεινὸς ἀήτης· ἔνιοι δὲ ἀγνοήσαντες πεποιθήμασι δεινὸς ἀήτης ὡς κλυτὸς Ἀμφιτρίτη· ἢ γὰρ ἀρρενικὴ ἐκφορὰ ἐμφαντικώτερον τὸν λόγον ἀπεργάζεται, καὶ τὸν ἔνεμον σφοδρότερον δεικνύσι. Enimvero hujusmodi adjectiva generum duorum, nonnunquam trium, sunt communia: cf. *Philemon. Gramm.* apud R. in Ep. Cr. I. p. 101. ed. nov. II. Γ, 13. κοῖσαλος ἄρρυτ' ἀελλῆς in textu Cod. TOWNL.; Schol., quae egregia praebent subsidia, Ἀριστοφάνης γρ. κοῖσαλοῦ ἄρρυτ' ἀελλῆς quam retineant, per me licet, Schol. B, L, nec non aliud Ven. apud *Heyn.* in praef. de codd. p. xlix, legendum e schol. TOWNL. et Hesychio collatis, κοῖσαλοῦ ἄρρυτ' ἀελλῆ.” KIBD.]



plis, quae nos quidem cognoverimus, legitur: "Ἡμεῖς μὲν περὶ ἄστου κατὰ ῥωπήια πυκνά, "Αν δόνακας καὶ ἔλος ὑπὸ τεύχεσι πεπτηῶτες. Alio loco *Hesychius*: Βεβριθυῖται. βαρεῖται, ἰσχυραί. Haec glossa venit ex *Aristarchi* lectione II. Δ. 282. ubi omnes libri habent: — πυκινὰ κινυτο Φάλαγγες Κυάνειαι, σάκεσιν τε καὶ ἔρχεσσι πεφρικυῖται. Sed *Aristarchus* scribebat βεβριθυῖται. Scholia MS. Bibl. Reg. πεφρικυῖται] ὠρθωμέναι. καὶ; "Ἐφριξε δὲ μάχη. βραχὺ δὲ διασταλτέον εἰς τὸ σάκεσιν τε. δι' αὐτοῦ γὰρ ἦσαν μέλαιναί. ἐκ δὲ τῶν δοράτων, πεφρικυῖται. "Ἀρίσταρχος, βεβριθυῖται (\*). MS. male βεβριθυῖται. *Aristarchi* lectionem *Hesychius* etiam secutus est in hac glossa: "Ἐμπνυτο. ἀνεβίωσεν. quae fluxit ex II. X. 475. "Ἡ δ' ἐπεὶ οὖν ἄμπνυτο (†). ut omnes habent editiones. Sed Scholia vetera, quae ex Cod. Vossiano prodidit Vir nobis amicissimus, *Valckenarius*,

[(\*) „ Cui accedunt egregiae fidei membranæ [Schol. TOWNL.]: πεφρικυῖται ὠρθωμέναι καὶ ἔφριξε δὲ μάχη βραχὺ δὲ διασταλτέον εἰς τὸ σάκεσιν τε ἐξ αὐτῶν γὰρ ἦσαν μέλαιναί. ἐκ δὲ τῶν δοράτων ὠρθωμέναι. "Ἀρίσταρχος δὲ βεβριθυῖται. τὸ δὲ πεφρικυῖται ἐκ τοῦ φρίκω. Si quis summis viribus contendat lectionem vulgatam eundem-sensum suscipere, Gronovianum illud occinam, minime nempe „ sufficere ad vindicandum aliquid pro genuino atque emendato, suscipere id sensum materiae convenientem; nisi constet eum sensum sic expressum, ut in ea re loqui veteres solerent.” KIDD.]

[(†) „ Ἐμπνυτο in textu unius *Harleiani*; Schol. aliter ἄμπνυτο, "Ἀρίσταρχος ἔμπνυτο γράφει. Schol. quoque TOWNL. ἔμπνυτο διὰ τοῦ εἶ.” KIDD.]



r*ius*, docent, *Aristarchum* legisse ἔμπυτο. Insignis denique est lectionis varietas, quam ultimo loco commemorabimus. *Hesychius*: Σφεδαῶν. Φουέων, ἄλλος, κτειῶν. τινές, ἐπεσπενσμένον. ἄλλοι, σύνθετο εἶναι ἐκ τοῦ Σφὲ καὶ Δανῶν, ὃ ἐστὶ κτειῶν. ἐστὶ δὲ ῥηματικόν. Hic *Daniel Heinsius* haerebat, quod, unde glossa sumta esset, ignorabat. Pertinet verò ad *Il. Φ. 542.* (\*) ὃ δὲ σφεδαῶν ἔφετ' ἔγχεϊ. ubi nonnulli Critici, nominatim *Aristarchus*, *Heliodorus*, *Apion*, in participio legerunt σφεδαῶν, quasi verbum compositum esset ex σφὲ et δανῶν, Macedonibus, ut *Hesychius* testatur, usitato pro occido. Scholia MS. Bibl. Reg. Ἡρώδιανός (f. Ἡρόδωρος ex *Eustath.* p. 1250.) τὸ σφεδαῶν διὰ τοῦ ω μεγάλη γράφει, ὡς στεφανῶν. οὕτω καὶ Ἀρίσταρχος. προκατάρχειται γὰρ τὸ σφεδαῶν, παρὸ ἐγένετο τὸ σφεδαῶν ῥήμα. οὐ γὰρ παραγωγῆς ἔχεται, τῆς διὰ τοῦ ἀνω βαρυνομένης. Scholia MS. Cod. Voss. in Bibliotheca Leiden-

[(\*) „Σφεδαῶν in textu Cod. TOWNL. ω in ο versa a m. rec. et σφεδαῶν bis in Schol. σφεδαῶν apud *Nicandri Ther.* 642. *Timaeum*, et in textu B: at in Schol., quae habent aliqua cedro digna, et a TOWNLEIANO proximam dignitatem facile tutantur. — ὅτι τὸ σφεδαῶν Ἡρόδωρος μὲν καὶ Ἀπίων ἐκτεινοῦσι τὸ σφεδαῶν ὡς μετοχὴν λέγοντες εἰλήφεναι (εἰλήφθαι *Eustath.* p. 2250, 56 = 1344, 10.) τὴν λέξιν ἀντὶ τοῦ σφοδρῶς διώκων, οἱ μὲντοι πλείονες ὡς ἐπίρρημα λαμβάνοντες αὐτὸ σφεδαῶν λέγουσι τὸ σπενστικόν καὶ σφοδρὸν καὶ καταπληκτικὸν οἰοῦσι σφενδονηδὸν ἀπὸ τῆς σφενδόνης οἷον ἐπεικτικὸν καὶ ἐπιστραμμένον καὶ σύντονον ἀφ' οὗ καὶ σφὴν καὶ σφίγγω· οἱ δὲ σπενστικῶς παρὰ τὸ (σπεύδειν *Etym. M.*) σπενδαῶν σφεδαῶν.“ KIDD.]



cœnsi: σφεδανὸν] Ἐπιθήματα ἀντὶ τοῦ σφεδανῶς, ἥτοι  
 μετ' ἐπιτάσεως καὶ βίας. οἱ δὲ σφεδανῶν γράφουσιν,  
 ἵνα ἢ μετοχῆς, ἀντὶ τοῦ κατεπειγῶν αὐτοῦς, ἢ τῷ θυ-  
 μῷ ἐπαιρόμενος, ἢ φωνῶν, ἀπὸ τοῦ φόνος. Hoc Ho-  
 meri Variantium ex *Hesychio* colligendarum studium  
 etiam atque etiam commendamus futuro Poëtae edi-  
 tori. Nec illum poenitebit consilii nostri. Nam  
 tunc *Hesychius* scienter periteque tractatus, si non  
 plures, certe meliores Variantes suppeditabit, quam  
 omnes omnium Bibliothecarum veteres membranae.  
 Atque his omnibus planum factum esse arbitramur,  
*Hesychium*, quod in praefatione professus est, re  
 ipsa praestitisse, id est, multa ex *Aristarchi*, *Apio-  
 nis* et *Heliodori* libris in opus suum traduxisse. Se-  
 quitur, ut diligenter examinemus, an, quod idem  
 de *Theone* et *Didymo* tradit, verò consentaneum vi-  
 deatur. *Theonem* et *Didymum*, ait, Comicas Tragi-  
 casque voces secundum literarum ordinem collegisse.  
 Quaeritur, uter horum Comicum Lexicon scripserit,  
 uter Tragicum? Equidem utrumque Grammaticum  
 et Comicum et Tragicum Lexicon condidisse putem.  
*Didymo* Tragicum Lexicon diserte tribuit *Harpocra-  
 tion*: Ἐπυραλοφείν ἐλέγετο χάρις λουτρῶν ἀλεΐφροσθαι,  
 ὡς Διδυμος ἐν εἰκοστῇ ὀγδὼν Τραγικῆς Λέξεως. Ex  
 eodem haustum est, quod legitur in *Lexico Sangerm.*  
*MS.* Ἀηδόνα. ἔστι μὲν ἡ ὄρνις. ἐκ μεταφορῆς δὲ οἱ  
 Τραγικοὶ τὴν γλωσσίδα τῶν βοῶν. (an αὐλῶν?) ἔστι  
 δ' ὄπου καὶ τὸν αὐλόν. ἢ λέξις Διδύμου. Comici Le-  
 xici etsi nullus editorum scriptorum, quod sciam,  
 mentionem facit, tamen hic etiam nobis licet atten-  
 tatam *Hesychii* fidem sublevare. Nam Comicum il-



Iud Lexicon clare commemoratur in *Etymologico MS. Bibl. Regiae*: Καρύκη. ἔφημά τι δι' αἵματος καὶ ἀρτυμάτων παντοίαν. ὁ δὲ Δίδυμος Λύδιον βρῶμά Φησιν ἐκ πολυτελοῦς σκευασίας συγκείμενον. ἐγὼ δὲ οἶμαι καρύκην αὐτὸ λέγεσθαι, ἐπειδὴ μέλαν ἐστί. Φησὶ γὰρ ἐν τῇ Κωμικῇ Λέξει, ὅτι ἐστὶ Καρύκιον καρνοβαφές. καὶ Κάρνος ῥόος, οἷον μέλανος ῥόος. οὐκοῦν ἐκ τούτου οἶμαι λέγεται καρύκη. οὐκ οἶδα δὲ εἰ καλῶς. Ex quo restituas editum Etymologicum, foede mutilatum et corruptum, p. 492. 50. At dicet aliquis: sit *Didymus* auctor Lexici Comici et Tragici: dixerit verum *Hesychius*, quod attinet ad *Didymum*: certe, quod de *Theone* (\*) narrat, a vero alienum est. Quis enim unquam audivit, *Theonem* Lexici Comici vel Tragici esse auctorem? Enimvero quam fallax et lubricum argumentum sit, quod a scriptorum silentio ducatur, exemplo esse potest Lexicon Comicum, modo a nobis *Didymo* vindicatum. Theocritum, ut hoc utar, ejusdem *Theonis* commentariis illustratum esse, quantum mihi constat, tradidit nemo. Nec tamen propterea fides neganda *Etymologico* inedito *Bibl. Regiae*: Γρίπος. παρὰ τὸ ἀγρεῖν, ὃ ἐστὶ παρακολυθεῖν τῇ ἄγρῃ. οὕτως Ἡρωδιανὸς ἐν τῇ Ὀρθογραφίᾳ. Θεόκριτος. Τοῖς δὲ μετὰ γριπεύς. γριπεύς γὰρ ὁ ἀλιεύς. καὶ κρίπος, τὸ ἀλιευτικὸν δίκτυον, οἷον ἄγριπον. ἀγρεῖν δὲ, τὸ λαμβάνειν οὕτω Θεῶν ἐκ Ἰπομνήσει Θεοκρίτου. Verum ip-

[(\*) Ex iis quae hic de Theone disputata sunt errantem Muretum correxit Rühken, T. II. p. 350: „Theon, inquit, Scholia in Aratum, Theocritum et Apollonium Rhodium, non in Aristophanem scripsit.”]



se *Hesychius*, cui, aequum erat, hac etiam in re sine  
 exceptione credi, quod, quae de *Didymo* narrat,  
 aliorum scriptorum consensu confirmantur; ipse, in-  
 quam, *Hesychius* nobis suppeditat, quo labantem ejus  
 fidem fulciamus: Ἀγνώτες. Θεῶν οὕτω λέγεσθαι Φησὶ  
 τοὺς μετὰ τὸν τῆς Ἰλίου πλοῦν Φαληροῖ προσχόντας, καὶ  
 ἀναίρεθέντας ὑπὸ Δημοφάντος ταφῆναι. Idem alio lo-  
 co: Σύνταλοι. ἀπὸ τῶν Ἀφροδισίων καὶ τῆς προνικίας  
 τῆς νυκτερινῆς θεοῦς τινὰς ἐσχημάτισεν. Θεῶν δὲ Φησὶ  
 πεπλάσθαι τὸ ἔνομα. Utroque loco viri docti *Theonis*  
 nomen e fuga retraxerunt. Horum autem locorum  
 alter ex *Theonis* Lexico Tragicō, alter ex ejusdem  
 Lexico Comico sumtus videtur. *Theonis* Lexicon  
 Comicum haud dubie laudat *Phrynichus de Dict. Att.*  
 p. 166. Σαπρὰν, οἱ πολλοὶ ἀντὶ τοῦ αἰσχροῦν. Θεῶν Φησὶ  
 ὁ γραμματικὸς εὐρημέναι παρὰ Φερεκράτει ληρῶν. ἅπαντα  
 γὰρ ἂ φέρει μαρτύρια, ἐπὶ τοῦ παλαιῦ καὶ σεσηπτότος  
 εὐρηταί κείμενα. Satis arbitror esse demonstratum,  
*Didymum* et *Theonem* duplex edidisse Lexicon, Tra-  
 gicum et Comicum, atque adeo suam *Hesychio* fidem  
 constare. Sed major difficultas ex iis, quae *Hesy-*  
*chius* de *Diogeniano* narrat, movetur. Hunc, ait,  
 variarum Grammaticorum Lexica, Homericā, Tra-  
 gicā, Comicā, Lyricā, Rhetoricā, Medicā et Histo-  
 ricā in unum conflasse: se vero totum *Diogeniani*  
 opus in Lexicon suum transtulisse, additis vocibus,  
 quae deficerent, et adjecta scriptorum auctoritate,  
 sicubi illam *Diogenianus* omisisset. Quae narratio  
 tanquam falsa arguitur primum ex *Suida*, qui nihil  
 de tali *Diogeniani* Lexico, quale *Hesychius* jactat,  
 referat, sed tantum de *Diogeniani* Epitome Lexici,



quod Zopyrion inchoaverat, Pamphilus perfecerat, Poterat addi ejusdem *Diogeniani* Ἐπιτομὴ τῶν Ἰουστινοῦ Ἑλληνικῶν, laudata in Scholio MS. *Gregor. Nazianz.* apud *Montfauc. Diar. Ital.* p. 214. Scholiastes *Homeri* MS. Lipsiensis ad H. E. 576. laudat *Διογενιανοῦ Ἐπιτομὴν Ἑλληνικῶν ὀνομάτων.* ubi alterutra Epitomarum, quas diximus, intelligenda videtur. Sed hoc caussae nostrae neque prodest, neque obest. Quid enim impedit, quo minus, qui ante nonnullorum Grammaticorum Lexica contraxisset, posthaec ex omnium hujus generis libris universale quoddam Lexicon compilarit? Quanquam saepe animus tentatus est, ut putarem, de alio *Diogeniano Suidae* sermonem esse, de alio *Hesychio.* Fuerunt enim duo hujus nominis Grammatici, eodem *Suida* teste, alter *Heracleota*, alter *Cyzicenus.* Deinde *Hesychio*, narranti, omnis generis voces in magnum illud *Diogeniani* Lexicon esse congestas, objicitur auctoritas *Photii*, qui *Biblioth. Cod.* CXLV. et CXLIX. *Diogeniano* diserte tribuit poëticarum tantum vocum collectionem. At idem *Photius* in praefatione Lexici MS. civilis orationis vocabula a *Diogeniano* collecta dicit: Αἱ τῶν λέξεων πλείους, περὶ ἧς τὸ πολιτικὸν νέμεται ἔθνος, εἰς τὸ ὠφελέστατον τοῖς βουλομένοις προσέχειν *Διογενιανῶ* συνελέγησαν. Hinc forte cavillator aliquis ansam arripiat veteratorie callideque eludendi *Photiani*, quo *Hesychius* premitur, testimonii. Sed cum nostrum sit, ingenue et simpliciter agere, lenissima emendatione *Photium* sibi consentientem efficiamus. Lege igitur: περὶ ἧς τὸ ποιητικὸν νέμεται ἔθνος. Verum quid frustra verba consumimus? Ne  
mi-



minima quidem inter *Hesychium Photiumque* est dissensio. Recte *Hesychius* dixit, *Diogenianum* omnis generis voces collegisse, recte *Photius*, eundem Lexicon poëticum confecisse. Etenim ex, *Hesychio*, id est, ex ipso *Diogeniano* satis constat, majorem a *Diogeniano* rationem habitam esse poëtarum, quam qui soluta oratione scripserunt. Retulit ille quidem ex Lexicis Rhetoricis quaedam Demosthenis, Aeschinis, et aliorum oratorum: ex Medicis, Hippocratis: et Historicis, Thucydidis, Xenophontis, Theopompi. Sed haec pauca sunt, et nihil ad largissimam illam poëticorum vocabulorum copiam. Quo pauciora vero *Diogenianus* sumisit ex Lexicis Rhetoricis, Medicis, Historicis, co plura in opus suum deduxit, Homeri ex Lexicis Homericis: Aeschyli, Euripidis, ex Tragicis: Epicharmi, Aristophanis, Cratini, Menandri, ex Comici: Pindari, Alcmænis, Alcaei, Anacreontis, ex Lyricis. Quibus omnibus vel ipse *Diogenianus*, vel postea *Hesychius* adjecit Aristophanis et aliorum Glossaria, ad Laconum, Cretensium, Tarentinorum, aliorumque populorum voces explicandas comparata. Cum igitur *Diogeniani* diligentia in poëtarum vocibus enarrandis potissimum versata sit, quis est, qui dubitet, recte ejus Lexicon a *Photio* ex multo majore parte, ut fieri solet, Poëticum Lexicon esse appellatum? Ita magnum *Diogeniani* Lexico praesidium Poëtarum studiosis paratum erat. Sed qui Oratores et Historicos intelligere, aut ingenium ad orationes et historias scribendas conferre cuperent, non adeo multa, quibus studium suum adjuvaretur, in illo re-



periebant. Quae res impulit *Photium*, ut ipse *civilis orationis Lexicon* condere institueret. Cujus consilii rationem cum explicat in praefatione *Lexici*, loco quamvis mutilo, satis ostendit, se *Diogeniani Lexicon* omnibus omnium hujus generis libris, quibus poëticae voces explicarentur, praeferre: Αἱ τῶν λέξεων πλείους, περὶ ἧς τὸ ποιητικὸν νέμεται ἔθνος, εἰς τὸ ἄφελέστατον τοῖς βουλομένοις προσέχειν, *Διογενιανῶ* συνελέγησαν. εἰ γὰρ καὶ πολλὰς ἄλλοις ἐπὶ νοῦν ἤκειν τὴν ἴσην καὶ ὁμοίαν πραγματείαν ἐνστήσασθαι ἄλλ' οὐν ὅσα γε ἐμὲ εἰδέναι οὐδεὶς τῶν προτέρων. . . . Hoc *Photii* de *Diogeniano* iudicium plane congruit cum *Hesychiano*, ut nihil adeo caussae sit, cur *Hesychius* de *Diogeniano* magnificentius, quam verius, dixisse existimetur. Sed in illo *Hesychii* de *Diogeniano* iudicio alius etiam locus est, cui satisfaciendum videtur: συλλήβδην δὲ ὁ μὲν (*Διογενιανὸς*) οὐδεμίαν λέξιν, ὥστε ἡμᾶς εἰδέναι, παρέλιπε, οὔτε τῶν παλαιῶν, οὔτε τῶν ἐπ' ἐκείνου γεγενημένων. Quae verba in eam partem accipiuntur a viris eruditis, ut *Hesychius* dicat, nullum vocabulum, quantum sibi constet, a *Diogeniano* esse praetermissum, neque veterum scriptorum, neque aetatis suae. Quae si *Hesychii* mens fuit, profecto stupor ejus excusari nulla ratione potest. Nam paulo post ait, se multas voces, quae in *Diogeniano* frustra quaererentur, adjecisse. Verum *Hesychii* locus sic capiendus est, ut ex eo intelligatur, nullum *Lexicon* a *Diogeniano* esse praetermissum, vel veterum *Grammaticorum*, vel qui ejus aetate vixissent, ex quo ille non sumserit aliquid suo modo, et in opus deduxerit suum. Fe-

fel-



fellit viros eruditos vox λέξις, quae hic non *vocabu-*  
*lum* significat, sed *Lexicon*, ut saepe apud Gram-  
 maticos. Ita paulo ante in Etymol. MS. vidimus  
 Διδύμου Λέξιν Κωμικὴν. Sed tandem argumentum,  
 quod ultimo loco reservavimus, proferamus, firmis-  
 simum illud gravissimumque, quo uno, si reliqua  
 abessent omnia, *Hesychii* de *Diogeniano* narratio fa-  
 cile dubitatione omni liberetur. Quale, inquis, hoc  
 est, et unde sumtum? Nempe per inductionem,  
 quam Dialectici vocant, demonstrabimus, quicquid  
 ab antiquis Grammaticis ex *Diogeniani* Lexico affer-  
 tur, ad verbum reperiri in Lexico *Hesychiano*.  
 Scholiastes *Platonis* ineditus, ad Ionem: Διογενια-  
 νός δὲ, Μαγνήτιν λίθον μὲν πλαναῖν λέγει τὴν ὄψιν, ὡς  
 εἶη ἀργύρω ἐμφερός· τὴν δὲ Ἡρακλεῶτιν ἐπισπᾶσθαι τὸν  
 σίδηρον. Accipe *Diogeniani* verba ex *Hesychio*: Μα-  
 γνήτις λίθος. αὐτὴ πλαναῖ τὴν ὄψιν, ἀργύρω ἐμφερός  
 οὔσα· ἡ δὲ Ἡρακλεῶτις τὸν σίδηρον ἐπισπᾶται. Idem  
 Scholiastes ad *Hipp. Maj.* Διανειή. διαπαντός. οὕτω  
 καὶ Διογενιανός. Habet suo loco *Hesychius*, *Photius*  
*Lex. MS.* "Α ζ. ἐπὶ τοῦ μεγάλου. ἔστι δὲ καὶ σχετ-  
 λιαστικὸν ἀναφώνημα. δασυθὲν δὲ γέλωτα δηλοῖ, ὡς  
 Φησι Διογενιανός. Ne verbo quidem discrepat *Hesy-*  
*chius*. Ex quo loco illud etiam confirmatur, quod  
 supra disputavimus, non diversum fuisse *Diogeniani*  
 Lexicon, quod *Photius* in praefatione Lexici sui lau-  
 davit, ab illo, quod *Hesychius* cum pulvisculo ex-  
 hausit. *Harpocration*, et ex eo *Suidas*: Ἀσιέστω  
 Ἀντιφῶν τὴν αἰδιότητα, καὶ τὸ ἐπὶ τῶν αὐτῶν αἰεὶ ἑστᾶν  
 ναι, ὡς περ καὶ Εὐεστὼ ἢ εὐδαιμονία καλεῖται. ἡ λέξις  
 παρὰ τῷ Διογενιανῷ, ἐν Ἀληθείας δευτέρῳ Ἀντιφῶν



τος. *Hesychius*: 'Αειστώ. τὴν αἰώνιον οὐσίαν, ἢ ἀϊδιότητα. Reliqua Epitomator *Hesychio*, ut sexcenta alia, detraxit (\*). Ceterum hinc etiam apparet, scriptorum nomina non ubique a *Diogeniano* esse omis-  
sa. Quanquam nec *Hesychius* omnes ab eo auctori-  
tates neglectas dicit, requirens tantum ejus in no-  
tandis auctorum nominibus librisque diligentiam in  
glossis iis, de quarum significatione ambigeretur.  
Etymolog. M. p. 216. 29. Βρύττειν. ἐσθλῆιν. Διογε-  
νιανός. Glossa totidem verbis est apud *Hesychium*,  
*Cyrillus* Lexico MS. 'Ὡς ἄημα. ὡς πνεῦμα, ὡς ἀνε-  
μον. ἄημα γὰρ τὸ πνεόν, παρὰ Διογενιαῶ. *Hesychius*:  
"Ἄημα. πνεῦμα, φύσημα. Scholiastes *Nicandri* ad  
*Theriac*. p. 15. Διογενιανός δὲ Χλοάειν, καλῶς αὖξε-  
σθαι καὶ βλαστάνειν. *Hesychius*: Χλοάσουσιν. βλαπτή-  
σουσιν. Alteram explicationem Epitomator sustulit,  
*Basilii* Scholio MS. in *Greg. Nazianz.* quod ad  
*Timaei Lex. Platon.* p. 91. protulimus: "Ἐτνος εἶδος  
δοπρίου. οἱ μὲν, κύαμον· οἱ δὲ, τὸ καλούμενον πιστάριον."

[(\*)], Schol. ad *Callim. H.* in *Dian.* 190. ἢ "Ἀρτεμις ἐν  
Κρήτῃ Βριτόμαρτις τιμᾶται, ὡς Διογενιανός" *Hesychius* Βρι-  
τόμαρτις ἐν Κρήτῃ ἢ "Ἀρτεμις" *RUHNKEN.* Ep. Cr. II. p. 135.  
ed. nov. Confer quoque *Hesych.* v. 'Ὀκρίβας, et Scholiasten  
ad *Plat.* p. 47. a R. ad *Tim.* p. 191. ed. n. allatum. Etym. M.  
p. 111, 50. ἀνταία δὲ ἢ Ἐκάτη ἐπιθετικῶς Διογένης ἰκέσιος.  
medelam lenissimam admovendo restituamus ΔΙΟΓΕΝΙΑΝΟΣ.  
*Hesychius*, v. Ἀνταία — καὶ τὴν Ἐκάτην δὲ Ἀνταίαν λέ-  
γουσιν, — In *Harpocrat. Cod. MS. Reg. αἰείστω* — pro  
Εὔεστώ, εὔ, εὔ — et τὸ καλεῖται glossam claudit. Cf. *Tourp.*  
ad *Harpocrat.* [Emend. T. IV.] p. 492." *KIDD.*]



οὐ δὲ, ἔφημα ἀθηρῶδες. τοῦτο γὰρ δασυνόμενον σημαίνει  
 ἀφ' οὗ καὶ ἀθήρα καὶ ἀθήρα. ἔθεν καὶ ἐτνήρισι παρὰ  
 τῷ Ἀριστοφάνει. Ἔτνος οὖν φησὶ τὸ ἐρεϊχθὲν καὶ συγ-  
 κοπὴν καὶ ἐψηθὲν ὄσπριον, ἀπὸ τοῦ ἐρεϊκῶ, τὸ σχίζω.  
 οὔτω καὶ Διογενιανός. *Hesychius*: Ἔτνος. ἐρεγμός,  
 ἔφημα ἀθηρῶδες. καὶ εἶδος ὄσπριου. *Eustathius ad Od.*  
*E. p. 1533.* Διογενιανός Οἶακας λέγει, οἷς τὰ πηδάλια  
 ἐπιστρέφουσιν, ἔχουσι κανόνες καὶ κρῖκους δι' ὧν ἱμάντες  
 διεύρονται. *Hesychius*: Οἶακες. πηδάλια, ἦτοι αὐχένια,  
 καὶ οἱ ταῦτα ἐπιστρέφοντες κανόνες, καὶ κρῖκοι, δι' ὧν  
 οἱ ἱμάντες διεύρονται. Haec omnia si claris argumen-  
 tis signisque luceant, ut lucent certe, tamenne du-  
 bitabimus, *Diogeniani* Lexicon in *Hesychianum* esse  
 translatum? tamenne *Hesychii* de *Diogeniano* narra-  
 tionem, et vero totam praefationem in fraudis su-  
 spicionem adducemus? Unus, ne quid dissimulem,  
 ex *Diogeniano* locus affertur, quem frustra quaeras  
 in *Hesychio*, *Glossae Herodoti*: Εὐεστῶ. εὐήμερια,  
 εὐετηρία, ἢ καλλίστη τῶν ἐτῶν διαγωγή. Διογενιανός  
 ἀνευ τοῦ ᾧ γράφει. Habet quidem vocem *Hesychius*,  
 sed cum ᾧ scriptam. Verum tantum abest, ut, in  
 gravissima illa glossarum jactura, quam *Hesychius* fe-  
 cit, unam desiderari mirer, ut potius mirari subeat,  
 reliquas omnes, quas modo retuli, in eo compare-  
 re. Ut brevi complectar, rem sic intelligo: *Hesy-  
 chius*, incertae aetatis Grammaticus, certe qui vixe-  
 rit ante decimum seculum, ut ex Codice Lexici  
 Rhetorici intelligi potest, *Hesychius* igitur cum Lexici  
 locupletissimi, quod omnia vocabula peraeque ex-  
 plicaret, conficiendi consilium cepisset, aliorum  
 Grammaticorum Lexica et Commentarios summa cura



collegit, et in horreum illud suum congescit. Ipse fatetur, sibi ad manus fuisse *Aristarchi*, *Apionis* et *Heliodori* libros ad hanc rem pertinentes. Nec dubitem, eum habuisse *Apollonii*, *Theonis* et *Didymi* libros, quos et ipsos in praefatione laudat. Sed in nullo Grammaticorum majus adjumentum reperit, quam in *Diogeniano*, qui eandem, quam ipsemet, rationem secutus, multorum Lexica, quanquam poeticas maxime voces explicantia, in unum conflarat. Hujus igitur opus totum intulit in suum, adhibita tamen illa correctione, ut argumenta proverbiorum, quae *Diogenianus* omisisset, adderet, ut auctoritates ambiguum et rarorum vocabulorum, quas idem neglexisset, ex aliis Lexicis suppleret, ut voces *πολυσημοῦς* accurate distingueret, suo cuique significationi auctore adscripto, ut denique multa vocabula, quae in *Diogeniani* Lexico deessent, sive ex aliis Lexicis, sive ex ipsis scriptoribus antiquis in opus suum referret. Ex quibus omnibus illud etiam efficitur, *Hesychium* veram Lexici condendi rationem et viam tenuisse. Nec forte multum a vero aberraverit, qui hinc colligat, *Hesychium* non fuisse Christianum. Nam Christiani Grammatici non id egerunt, ut rariora vocabula veterum scriptorum testimoniis munirent, sed ut illa, tanquam inutilia additamenta, tollerent ac delerent; id quod non uno loco ad *Aristophanis Plutum* observavit *Hemsterhusius*. Haec habui, quae pro *Hesychii* ad Eulogium Epistola, et de ipsius Lexici *Hesychiani* ratione disputarem. Reliquum est, ut et Graecis literis novum, quod hac *Hesychii* editione capiunt, incrementum, et Belgis illustre



tre sui in has literas studii, quod cum maxime pro-  
dunt, monumentum gratulemur. Vix aliud seculum  
hoc nostro feracius fuit doctorum hominum, qui  
omnem curam, operam, laborem ad Graecos scriptores  
illustrandos expoliendosque conferrent. Nec alia ulla  
hodie gens est, quae Belgis hac laude antecellat,  
ingenue illud fatente ac praeseferente Critico An-  
glo, qui, nescias, utrum sit ingenio et doctrina ex-  
cellentior, an humanitate, moderatione animi et can-  
dore amabilior, *Jeremia Marklando* in *Dedicazione*  
*Euripidis Supplicibus* praemissa. Ac poterunt jam  
Belgae hanc gloriam eo facilius tueri, quo majus  
praestabilisque literis, quas colunt, praesidium nu-  
per paravit Vir nobilissimus, idemque patriae suae  
et literarum decus, *Gerardus Meermannus*, aere suo  
redimenda, Bataviaeque inferenda Jesuitarum Parisien-  
sium Bibliotheca, qua ingens vis librorum manu  
scriptorum, Graecorum imprimis, continetur. Quo  
pulcherrimo instrumento ut laudandarum artium stu-  
diosi, in tanta praesertim domini facilitate, strenue  
et diligenter utantur, etiam atque etiam optamus.  
Vale. Dab. Leidae a. d. VI. Aug. MDCCLXV.